



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. A. Tractatus De Privilegiis Ecclesiae

Zanchi, Lelio

Veronae, M. D. LXXXVI.

Secundum Priuilegium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61627)

- 4 allegatis, † ideo fieri non possunt, nisi cum licentia superioris,
 5 † ecclesiā autem materiale[m] vnusquisque fabricare potest, & licet
 in inchoatione fabricæ auctoritas Episcopi Diocesani requiratur.
 Hoc tñ fit, vt ibi orationem faciat, & crucē affigat auth. de eccl. tit.
 §. si quis autem, & de consecra. dist. 1. c. nemo el primo, & hoc ve-
 6 rum, † in locis non exemptis, in exemptis vero nullus potest edi-
 ficare sine licentia sedis apostolicæ, vt in cap. auctoritate de priuill.
 lib. 6. & cap. de locorum cum cap. seq. de consec. dist. 1. in hoc est
 differentia quia pro edificando castro aut fortilitio licentia a Supe-
 7 rioribus regulariter denegatur, quod autem in edificanda eccle-
 sia ne duntaxat denegatur, † sed semper licentia conceditur cū
 ex ore Domini nostri Iesu Christi dictum sit: Domus mea domus
 orationis uocabitur secundum Matthæum in cap. 21. nam fauen-
 8 dum est ei qui operam rei licitæ dat secus autem rei illicitæ, † qui
 ecclesiam edificat Dei domum & orationis rem licitam, & aptam
 ad vitam et eternam edificat.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia si fundata in solo alieno remanet libera si laicus sciuit, & non con-
 tradixit.
 2 Qui ecclesiam construxit tenetur, Dominum conseruare indemnem.

Secundum Priuilegium.

- 1 **E**CCLESIA habet hoc priuilegium, † quod si funda-
 ta fuit in solo alieno, si Dominus soli erat laicus, &
 hoc sciuit, & non contradixit, sibi imputabitur,
 ecclesia libera remanebit. argumento 54. distin. cap. si
 seruus: si vero ignorauit, ecclesia remanebit constru-
 2 ta, & libera † nec efficiet laico censualis, sed ille tamen, qui con-
 struxit, tenetur, Dominum indemnem conseruare, l. is a quo. ff. de
 re. vend. & l. pen. ff. de pet. hared.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia sola debet dotari.
 2 Ecclesia mendicantium & monasterij habentis redditus non dotatur.
 3 Ecclesia debet dotari de manso non autem de agro.

Ecclesia

- 4 Ecclesia deus debet esse libera.
- 5 Ecclesiasticus iudex potest cogere fundatores capelle in ecclesia dotare & talis obligatio transit in hæredes.

Tertium Privilegium.



ECCLESIA gaudet privilegio, quod debet dotari, nam quodlibet aliud edificium non dotatur, in hoc enim † ecclesia est privilegiata dote, ut ex ea valeat sustentari, glo. in cap. secundum canonicam 23. q. 8. † fallit tamen in ecclesia mendicantium, & in Monasterijs, quæ habent redditus, cap. 1. de censu. sed in qua quantitate debeat dotari videri potest, per prædictam gl. allegatam in qua habetur † differentia inter agrum, & mansum: nam ager appellatur ubi est hortus ecclesiæ. Mansus est locus ex quo colligitur frumentum, & vinum, ideo de manso ecclesia dotari debet, ut valeat conficere eucharistiam, ut extra de censu. capit. sancitum est, & ita tenet Abb. in d. capitulo primo, de censibus. dos est necessaria pro sustentatione ministri. † Ecclesiæ autem dos debet esse libera ab omni servitute, per alienationem, not. Inno. Host. Io. And. in cap. 1. de censu. hoc enim privilegium habet, quod alicui non competit, † fundantes igitur capellas, vel ecclesias, cogi possunt per iudicem ecclesiasticum ipsas dotare, & ista obligatio transit in hæredem, nec debet agi contra tales fundantes multum seuerè, quia talis obligatio venit ex mera liberalitate, Abb. in cap. cum sicut, nu. 4. de consecr. eccl. vel alt.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia postquam fuerit edificata debet consecrari.
- 2 Papa concedit pluribus episcopis, ut possint simplices sacerdotes reconciliare ecclesiam.
- 3 Aqua exorcizata potest fieri per simplicem sacerdotem.
- 4 Consecratio potest fieri in tempore tam festivo quam non.
- 5 Ecclesia iam consecrata aliquando reconsecranda.
- 6 Iteratum non dicitur, quod nescitur factum.
- 7 Ecclesia non consecrata habet privilegium ut consecrata.

Quar-